Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pax cerere nutrit, pacis alumna ceres.
Ibidem libro iiii.
Pace ceres leta est, et nos orate colonj
perpetuam pacem pacificumque ducem
Quintilianus decla. viii. decla. Semper odiorum honestissima
causa est, et diu simultates nichil aliud habent quam
nocendi cupiditatem suspectiosam, melius diu mu-
tuo est cum exempli honore.
Matheus in Evangelio ca. v. Beati pacifici quoniam ipsi filii
dei vocabuntur. Idem ix. ca. dixit Ihesus pacem habe-
te inter vos.
Johannes in evangelio xiiii. ca. dixit Ihesus pacem meam do
vobis, pacem meam relinquo vobis.
Petrus prima ii. ca. Qui vult vitam diligere et dies
videre bonos coherceat linguam suam a malo, et
labia sua ne loquantur malum. declinet a malo
et faciat bonum, inquirat pacem, et sequatur eam.
Paulus ad ro. xiiii. Que pacis sunt sectemur.
Idem ad ca. iii. et pe. pax Christi exultet
et in cordibus vestris in qua et vocati estis in uno
corpore. Idem ii. ad thymo. ii. ca. Sectare
iustitiam fidem caritatem et pacem. Idem ad hebr.
xii. pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam sine
qua nemo videt deum.
Seneca tragediarum in hercule furente. ca. iii.
pacem reduci velle victori expedit.
victo necesse est.
Idem epistolarum ad lucillum libro viii. epistola iii. Non
est dubium quin felicior pax sit nunquam lacessita quam
multo reparata sanguine. Idem de ira libro ii.
Quid est gloriosius quam iram in amicitiam commuta-
re. Idem in proverbiis. pacem cum omnibus habeas bellum
cum vitiis. semper dissensio ab alio incipiat.
Valerius maximus libro ii. ti. de institutis antiquis
Convivium solenne maiores instituerunt. Idque
caristiam appellaverunt, cui preter cognatos et
affines nemo interponebatur, ut si qua inter nec-
cessarias personas querela esset orta apud sacra
mense, et inter yllaritatem animorum a fautoribus con-
cordie tolleret. Idem lib. iiii. ti. ii. Sic placi-
dum mare ex aspero, celumque ex nubilo serenum
hilari aspectu sentitur, sic bellum pace mutatum
plurimum gaudii affert. Sepe aliquando iniurie
beneficio vincuntur quam mutui odii pertinacia
pensantur.
Prudentius de Sicomachia ca. x.
pax plenum virtutis opus pax summa laborum
pax belli exacti pretium est pretiumque pericli

Nil placidum sine pace deo.
Prosper sub ultimo epigramate
Insontem vitam pacis amator agit
Cassiodorus epistolarum libro v. epistola xliii. Non est
levie prudentes viros in pacis constituta perarare.
Idem libro xi. epistola viii. Discordia semper inoxii.
Idem libro xii et fi. epistola iii. Viri fortes semper
in pace modesti sunt.
Isidorus in sinonomia soliloquiorum libro ii. ca. xxv.
pacem cum omnibus retine. Idem xxvi. ca. vive
semper in pace.
Matheus vindocinensis de ystoria tobie ca. xl.
Esto pacificus. fuge iurgia. mutua pacis
Federa sunt. animi pocula. corpus alunt
Proverbium vulgare. Ragione mette pace. Chi
non si vuole ingannare tosto s'accorda.

## De causis inducentibus pacem et concordiam. capitulum xiiii.

Aristoteles pollitiarum libro v. ca. ii. Cogregat
separatissimos communis timor.
Lucas in evangelio ca. xxiii. et pe. Multitudo iu-
deorum duxerunt Ihesum ad pilatum capitum dicentes
commovit populum docens per universam iudeam a
gallilea usque ad huc etc. usque ibi et ex illa
hora amici facti sunt herodes et pilatus.
Statius thebaydos libro vii.
Socii pacem fecere mores.
Frontinus libro primo ti. viiii. Silla cum legi-
ones civium romanorum perniciosa seditione
furerent consilio restituit sanitatem effrenatis.
Propere enim annunciari iussit hostem esse ad arma
vocantem, clamorem tolli, signa canere. discussa
seditio est, universis adversus hostem consentientibus.
Idem ti. ix. S. corulo, dux diulorum cum faret
dissonantium armis civilibus populum romanum
neque tamen temptandum arbitraretur, quia externo
bello posset concordia in cives calescere, du-
os canes in conspectu popularium misit his
quam acerrime inter ipsos pugnantibus lupum ostendit,
quem protinus canes inter se obmissa ira
aggressi sunt. quo exemplo prohibuit barbar-
os ab impetu romanis profuturo.

Prudentius de Sicomachia. ca. x.
pax plenum virtutis opus pax summa laborum
pax belli exacti pretium est pretiumque pericli.